



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Veneratio Martyrum Iapponiæ. 42

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

## VBALDINI. 89

gaudij fuit; quod in eadem ara  
rum nactus est operantem, So-  
cietatis Praepositum Generalē,  
Mutium Vitellescum: à quo vnà  
cum ceteris tiro num, caelesti da-  
pe est recreatus; dici non potest,  
cum quanta consolatione. Pa-  
tratis iam legitimè sacris, vt om-  
nes recessere, postitit VBALDI-  
NVS tamen; diemque reliquum,  
etiam pomeridianum, in incæ-  
pto religiosissimè duravit. Di-  
xiss nullis illura nec fatigari  
officijs, nec satiari colloquijs  
posse, quæ de rebus, laudibúsq;  
Aloysij miscerentur.

### *XLII. Veneratio Martyrum Iapponie.*

**I** Am interea excitatum ingens  
desiderium alebat, ad Iappo-  
nas, simul ac per aetatem præsi-  
desq;

desque fas esset, nauigandi; spē  
 potiundi Martyrij si Christi a-  
 more, barbaram gentis impie-  
 tatem oppugnare pro virili cō-  
 niteretur. Eam ad rem conse-  
 quendam, patronis videbat ege-  
 re se, qui causam hanc apud  
 Deum orarent. Hi lecti fuere cū  
 Francisco Xauerio, tres Iappo-  
 num Martyres: quorum ille sa-  
 cris Christianis gentem omni-  
 um primus imbuit; inde præsens  
 & loci & populi adoptatus tu-  
 tela; isti sacra eadem obiectis  
 corporibus tutati, & sociorum  
 primi in Crucem adacti, Vitam  
 ibi animamque Christo fortiter  
 impenderunt. Nomen ijs, Pau-  
 lo, Ioanni, & Iacobo: omnibus  
 publici nuper ab Urbano VIII.  
 decreti honores. Hos ratus ha-  
 biturum se oratores, præter cete-  
 ros,

ros,  
 offici  
 eosde  
 crim  
 quib  
 sente  
 imag  
 exim  
 & id  
 endi  
 guin  
 virés  
 rata  
 Sed c  
 ardo  
 prox  
 his n  
 ciue  
 tur.  
 narr  
 som  
 sos

ros,

## VBALDINI. 91

ros, impetrabiles; quotidianis  
 officijs anxie prensabat. Hos  
 eosdem vrgere precibus; hos la-  
 crimis votisque conere: atque vt  
 quibusdam quasi blanditijs, in  
 sententiam adduceret, eorum  
 imagines, præ quam ceterorum,  
 eximio cultu vestitique ornare:  
 & identidem prostratus, traijci-  
 endi ad Iapponas, ibique san-  
 guinis fundendi, veniam à Deo  
 virisque per trigæ huius purpu-  
 ratae merita, instabat expiscere.  
 Sed quamuis ad longinquos hic  
 ardor præcipuè spectaret; tamen  
 proximos etiam quosque, & in  
 his maximè Vrbinates (quorum  
 ciuem se ferebat) amplecteba-  
 tur. De quibus moderatori suo  
 narrauit ipse; crebrò se inter in-  
 somnia sibi videri per eorum vi-  
 sos concionabundum errare; &  
 quæ

quà erudiendis ijs, quà exercendis, adu que non sudoris, sed sanguinis effusionem fatigari; donec in ipsis Christus formaretur: nam totidem eius fuere verba. Quæ ego, tametsi per soporem cuenere, in adolescentulo spernerda non duxi. Imagines enim, quæ somniantibus recurunt, indicio sæpe sunt, rei inter diu vel ardentè concupitæ, vel certè seriò multùmque cogitatae.

*XLIII. Prudentia in querelis  
sopiendis.*

**A**T nondum ita maturuerat Vbaldinus, vt quod pro Indis ciuibúsque ingenti animo conceperat, effectum reddere ætas permetteret. Ideo, ne otio virtus interea langueret; apud æquales certè & contubernales,  
speci-

spec  
pige  
tibu  
gilla  
spec  
ctuo  
mir  
nest  
fert  
lege  
ta d  
nox  
cent  
roti  
dat  
leui  
leni  
terc  
puo  
or,  
deq  
rela